# CHRONICON D. ISIDORI ARCHIEP. HISP. EMENdatum, ſcholiiſq; illuſtratum,

*PER GARCIAM DE LOAISA,*
*Sacræ Theologiæ D. Archidiaconum de Guadal*
*Eccleſiæ Toletanæ Canonicum.*



TAVRINI, Apud Io. Baptiſtam Beuilaquam. MDXCIII.

*Ex Sacroſanctæ Inquiſitionis permiſſu.*

# POTENTISSIMO ET CATHOLICO PHILIPPO SECVNDO

## Hiſpaniarum Regi,

## *ET NOVI ORBIS DOMINO Clementiſsimo,*

GARCIA DE LOAISA. S. D.

*LOngi temporis rationem exactè accuratèque tradere, laborioſum magniſq; difficultatibus refertum opus eſt: Quũ rerum caſus certiq; euentus prius hominum memoria mobili & inconſtanti, quam litteris, & libris temporis æternitati conſecrentur; annaleſque ipſi innumeris ſint mortalium iniurijs expoſiti; primo ſcribentium perturbationibus & affectibus: dum vnuſquiſque ſuæ gentis, patriæq; gloriam immortalem præclarè geſtorum commemo-*

ratione efficere quærit, deinde rerum publicarum tumultibus, prouinciarum incurſibus, omnia igne, ferro, ſeditione, & impetu populi vaſtantibus. Denique quum rerum præteritarum recordatio illibatã temporis veritatem continere nitatur, tamen temporis ipſius longinquitate ſeneſcit, & antiquatur, atque in interitum labenti annorum curſu ruit. Et quamuis hæc ita ſint tamen inter alia hoc vnum maximè virũ doctum, conſummatumque, & omnibus ferè numeris abſolutum efficit, nimirum in hac rerũ incertitudine, & obſcuritate ſtudioſè veritatem certam perſpicuamq; inueſtigare, inuſitatasque & occultas hiſtoriæ vias indagare; cum nihil ſit præſtantius, vel ad ſapientiam augendam, vel ad prudentiam confirmandam, vel ad imperij gubernacula piè & moderatè regenda, vel ad Reipub. mores intelligendos, motuſque populi coercendos, vel domeſticorum conatus reprimendos, quàm rerum præteritarum publicam memoriam caſus, euentus, ſæculorum omniũ ac gentium obſeruationem cognitam exploratamque tenere. Quæ omnia vnico chronologiæ ambitu complectuntur. Accipe igitur potentiſsimè Philippe in quo religio, ſtudium Chriſtiani nominis, & cultus, ſingularis clementia, admirabilis quædam, planèque diuina ad imperandum ſapientia longiſsimo rerum vſu, vt experimento firmata elucet, chronicon à D.

*Iſidoro Hiſpalenſi Archiepiſcopo, Regiæ Gotthorum gentis lumine, atq; corona editum, quod Maieſtate tua iubente emendandum, notiſque illuſtrandum ſuſceperam; vt ad te vnde exijt, tāquam in immenſum totius probitatis, & æquitatis oceanum reuertatur: & ſi non ita ornatum, vt par erat, tamen quanto maximo potui lucubratum ſtudio: Cum hoc mihi in primis iucundum, carumque ſit; & ante mentis oculos ſemper poſitum Catholicæ tuæ Maieſtati obnixè morem gerere, & humili animo deſeruire, tuumque Regium, & auguſtum nomen, quoad poſſum, immortalitati dicare, pro teque Chriſto Regi æterno aſſiduè vota ſoluere, vt incolumis, inter tot regnorum ſolicitudines, & curas integerque, & ſaluus permaneas. Vale.*

# INDEX PERSONARVM ET RERVM quæ vt annotarentur viſæ ſunt magis neceßariæ huius hiſtoriæ ſtudioſis, primus numerus paginam, ſecundus columnam monſtrat.


A

Abdõ Dux hæbræorũ. 27.2.
Abeſan Dux hebræor.27.1
Abia Reg.31.1.
Abimelech Dux hebræorum.25.2.
Abraham.17.1.
Achaz Reg. 36.1.
Adam. 4.1.
Adxianus Imp.65.1.
Ælius Pertinax Imp. 68.1.
Æneas. 27.2.
Æris ars reperta. 7.1.
Ætas prima ſæculi.4.1. Secunda.10.1. Tertia.17.1. Quarta 29. 2. Quinta 39.2. Sexta. 50.1.
Alba condita.28.1.
Allani. 84.2.
Alexander Macedo, Hieroſolimam capit, & tẽplum ingreſſus Deo hoſtias immolat. 43. 2.
Alexander Imp.71.1.
Amazias Reg. 34.1.
Amazones.27.1.
Ambroſius Mediolanenſis Epiſcopus.82.2.
Ammon Reg.37.2.
Amphion.23.1.
Amphionis fabula.24.1.
Anaſtaſius Imp.88.2.
Antonius monachus. 78.2.
Antonius Pius Imp. 66. 1.
Antonius minor Imp.67.1.
Antonius Caracalla.69. 1.
Aod, Dux hebræorũ. 24.1.
Apollo.24.2. & 25.1.
Arriana hæreſis.76.2.
Arca Diluuij.8.1.
Arca teſtamenti.28.1.
Archadius Imp.84.2.
Argonautæ.25.1.
Ariſtoteles. 43. 2.
Arithmetica inuenit. 40.1.
Arma inuenta.16.1.
Armeni. 91.2.
Arphaxat filius Sem. 11.2.
Arſes Ochi filius. 43.1.
Artaxerxes, qui & longimanus. 42.1.
Artaxerxes alter. 43.2.
Aſſa Reg.31.1.
Aſtrologia reperta.20.1.
Aſſiriorum Regnũ, in medos transfertur 34.2.
Aſtrologię numerus inueſtigatus. 38. 1.
Athalia Reg.33.1.
Athanaſius. 78.1.
Athenæ conditæ. 20.2.
Auguſtinus Epiſcop. 84.2.
Aurelianus Imp.74.2.
Aurel. Antonin Imp.70.2.
Azarias Reg. 34. 2.

B

Babel turris. 12.2.
Barnabæ Apoſt. corpus repertum.88.1.
Bella inſtituta. 16.1.
Bellerophõtis fabula.74.1.

C

Cadmus.22.2.
Caina fili⁹ Enos.5.2.
Caius Iulius Ceſar Impe. 49. 2.
Caius Caligula Imp. 55. 2.
Carin⁹ fili⁹ Cari Imp.75.2.
Carus Imp. ibi.
Carmentis Nimpha. 26. 2.
Carthago.29.2.
Carthagineſe cõciliũ.85.2.
Cato Philoſophus.48.1.
Cerberi fabula. 4.1.
Cham filius Noe.8.2.
Chorus inſtrumẽtum muſicæ.25.2.
Chriſtianus prim⁹ iter Imperatores Phillipp.72.2.
Chriſtianus fit Conſtantinus Imp.76.2.
Chriſtiani afflicti. 75.2. & 78.1.& 79.1.
Cicero.47.2.
Ciuitas prima ante diluuium.5. 2.
Claudius Imp. 56.2.
Claudius alter Imp. 73.2.
Cleopatra fratris coniux. 48.1.
Ipſum occidendum curat. 48.2.
Commodus Imp.67.2.
Conſtans Imp.78.1.
Cõſtantinonopolitana ſynodus.83.1.
Conſtantinus Imp.76.1.
Conſtantius Imp.78. 1.
Corinthus condita, 20. 2.
Crux Chriſti inuenit.76.2.
Cyprianus Epiſcop 73.2.
Cyrillus Alexãdrinus Epiſcopus.85.2.
Cythara condita.24.2.

D

Dædali fabula. 24.2.
Darius 40.2.
Darius alter. 43.2.
Debora Dux hebreorum. 24 2.
Decius Imp.72.2.
Delphis conſtructũ templum.22.1.
Dei nomen inuocari ceptum.5.2.
Democritus Philoſophus. 78.2.
Demoſthenes primus orator.43.1.
Deũ ſe appelari iuſſit Domitianus.61.1.
Inter Deos ſe transtulit Caius caligula.55.2.
Dido.29.2.

Diluuium vniuerſale.8.1.
Diluuiũ in Theſalia. 20.2.
Domitianus Imp.61.1.
Draco ingens miraculo peremptus.61.1.

E

ENnius primus poeta latinus 46.1.
Enoch, filius Iared 5.2 & 6.2.
Enos filius Set. 5.2.
Eſau, filius Iacob. 17.2.
Eſter hiſtoria. 42. 2.
Euangelium Matthæi ſtilo Barnabæ ſcriptum. 88.1.
Euripides tragediarũ ſcriptor.42.1.
Ezechias Reg. 36.2.

F

FErri ars reperta. 7. 2.
Fidem Chriſti ſuſceperunt Armeni. 91. 2.
Fons acquæ euanuit Barbæ Arriani.89.1.& 2.

G

GAllus Imp.73.1.
Galenus medic.66.2.
Galerius Imp.77.1.
Galierius Imp.73.2.
Gedcom Dux hebræorũ. 25.1.
Gentes ſeptuaginta duo, ex quibus. 8.2.
Gordianus Imp.72.1.
Gorgias prim⁹ rethor.42.2
Gorgonis fabula. 24.1.
Gotthi, Græciam, Macedoniam, Aſiã Põtumq; depopulantur. 73.2.
Ex chriſtianis catholicis Arriani fiunt.81.2.
Italiam deprædantur.84.2.
Romam capiunt.85. 2.
In Hiſpaniã tranſeũt. 86.2.
Mutua cæde vaſtant. 92.2.
Ad fidem conuertunt.93.1.
Gotthicę liræ repertę.81.2.
Gratianus Imp.82.2.
Græcæ literæ inuẽtæ. 22.2.
Gretia ſegetes habere cepit 19.2.
Græcorum Regnum incipit. 17.2.

H

HEber filius Sala.12.2.
Hebreorum captiuitas.39.2.
Hellæ ſororoſis Phrixi fabula. 24.1.
Helena rapta.27.1.
Heli ſacerdos Dux hebreorum.28.1.
Heliæ raptus, & miracula. 32 2.
Heliſei virtutes. 33.2.
Heracliuis Imp. 94.1.
Herculus agonẽ Olympicum, inſtituit. 26.2.
Herculis magiſter. 25.1.
Herodotus hiſtoriarũ ſcriptor.42.1.
Heſiodus. 34.2.
Hilarius. 78.2.
Hiſtoriæ ſcriptor primus. 40.1.
Homerus Poeta.28. 2.
Honorius Imp. 85. 1.
Horatius. 48.1.
Hypocẽtauri fabula. 24.1.

I

IAcob filius Iſaac. 18.1.
Iair Dux hæbreorum. 27.2.
Iared filius Malaeel. 5.2.
Icari fabula. 24.2.
Ieruſalem condita.10.1.
Ieſus Chriſtus D. N. natus 50.2. Paſſus.55 1.
Ioachim Reg. 38. 2.
Ioannes Apoſtolus miſſus in exilium.61.2. reuocatus ab exilio. 62. 1. requieſcit. 63. 2.
Ioas Reg.33.1.
Ioathan Reg. 36.1.
Ioram.32.2.
Ioſaphat Reg. 32. 1.
Iouianus Imp.80.2.
Ireneus Epiſcopus Lugdunenſis.68.1.
Iudæi literas cæperũt.22.1.
Iudæi in Hiſpania ad fidẽ conuerſi.542. 1.
Iudęorum multi perempti & venundati.59.1.
Iudæis increta apparuit Diabolus.86.1.
Indicia in Greeia inſtituta.18.2.
Iulianus Imp.79.1.
Iuſtinianus Imp.90.2.
Iuſtinus maior Imp.90. 1.
Iuſtinus minor Imp.91.1.

L

LAcedemoniorũ Regnum.28.2.
Lameth filius Mathuſalẽ. 7.1.
Latinę literę repertæ.26.2.
Latinorũ primus Rex.24.2
Leges in gretia inſtitutæ. 18.2.
Leo maior cum leone minore Imp.87.1.
Linus muſicus. 23.1.
Longobardi. 92.2.
Lucanus.57.2.
Lucretius.47.2.
Lycurgus.33.2.

M

MAcrinus Imp. 70.1.
Malaleel filius Cainam.5.2.
Manaſſes Reg. 37.1.
Marcus Euangeliſta. 56. 2.
Martinus Imp. 86.2.
Mattheus Apoſtolus. 56.1.
Mathuſalẽ fili⁹ Enoch.7.1.
Vixiſſe dicitur poſt Diluuium.6. 2.
Mauritius Imp.71.2.
Medi. 34.2.
Medicinæ ars inuẽta. 24.2.
Memphis condita. 18.2.
Menander comicus. 44. 2.
Mercurius Atlantis nepos. 20.1.
Mercurius alter. 25.1.
Minerua.18.2.
Minotauri fabula. 26.1.
Monaſteria primum condita. 72.2.
Muri Babylonis.16.1.
Muſica reperta. 7.1.

N

NAchor filius Seruch. 15.1.
Nembrot. 12. 2.
Nero Imp. 57.1.

Nerua Imp. 62. 1.
Nicenum concilium. 76. 2.
Ninus. 16. 1.
Noe filius Lamech. 7. 1.
Numerianus Imp. 75. 2.

O

Ochozias Reg. 32. 2.
Octauius Auguſtus Imp 50. 1.
Olimpicus Agon. 26. 2.
Olimpus Arrianus miraculo combuſtus. 89. 1.
Origenes. 68. 2. 71. 1.
Orpheo data lyra. 25. 1.
Othoniel Dux hebræorũ. 22. 2.

P

Pelagius hæretic. 85. 2.
Perſæ Siriã, & ægiptũ Romanis auferunt. 94. 1.
Perſius Poeta. 57. 2.
Petrus Apoſtolus. 56. 2.
Petrus Martinus inſignis Doctor Hiſpaniæ. 6. 2.
Phaetontis incendiũ. 20. 2.
Phalec filius Heber. 14. 2.
Philipp. inter Imperatores chriſto primus credidit. 72. 2.
Phocas Imp 93. 2.
Phrixi fabula. 24. 1.
Picus Saturni filius. 24. 1.
Pindarus. 42. 1.
Plato. 42. 2.
Pompilius. 37. 1.
Pondera, & menſuræ inuentæ. 24. 2.
Pontifices Romani inſtituti. 37. 1.
Priamus Rex. 26. 1.
Primogeniti omnes ex ſtirpe Noe, ſacerdotes. 10. 2.
Principes gentium adorare cæpti. 14. 1.
Prometheus. 20. 1.
Ptolomei à 44. vſq; ad 48.
Pithagoras. 40. 1.

R.

Rehu filius Phalech. 14. 2.
Remus. 36. 1.
Rethoricam quis primus Romæ docuit. 47. 2.
Roboam Reg. 30. 1.
Roma condita. 36. 1.
Falſis Dijs impletur. 37. 1.
Romulus. 36. 1.

S

Sala filius Arphaxad. 12. 1.
Salomon Reg. 30. 2.
Saltatio modulata in armis. 20. 2.
Saluſtius. 47. 2.
Sampſon Dux hebræorũ. 28. 1.
Samuel Dux hebreor. 28. 2.
Sapho mulier poeta. 39. 1.
Sarracenorũ Regnũ. 17. 2.
Sardanapalus ſua ſponte crematus. 34. 2.
Saul. 28. 2.
Sclaui Grætiam Romanis auferunt. 94. 1.
Scripſiſſe aliqua creditur Enoch. 5. 1.
Scitharum Regnum. 14. 2.
Sedechias Reg. 39. 1.
Sem qui & Melchiſedech. 10 1.
Senatores Romani inſtituti 36. 2.
Seneca. 57. 2.
Seruch filius Rehu. 15. 1.
Seth filius Adam. 5. 2.
Sibilla Eritrea. 31. 1.
Sibilla Samia. 37. 1.
Sicionorum Regnum finitur. 28. 1.
Simon cleophas. 63. 2.
Sirapis Ægyptorum Rex. 18. 1.
Socrat. Philoſophus. 78. 2.
Solis defectus cõprehenſi. 38. 1.
Solon. 39. 1.
Sophocles tragediarũ ſcriptor. 42. 1.
Statua Iouis in tẽplo Hieroſolimitano. 55. 2.
Sueui Hiſpaniam occupãt. 85. 2.

T

Tacitus Im. 75. 1.
Templa primum condita. 14. 1.
Terentius Comicus. 47. 1.
Tertullianus. 47. 2.
Thales Meliſius. 38. 1.
Thare filius Nachor. 16. 1.
Theodoſius Imp. 83. 2.
Theodoſius minor. 85. 2.
Theophraſtes Philoſoph. 44. 2.
Tiberius Imp. 54. 2.
Tiberius alter. 94. 2.
Titus Imp. 60. 1.
Tottila Aſtrogotthorum Rex. 91. 1.
Traces ſubijciuntur Romanis. 47. 2.
Traianus Imp. 63. 2.
Triptolemi fabula. 24. 1.
Troianũ bellũ. 27. 1. & 27. 2.
Tubal frater Iubal. 7. 1.
Tullius Hoſtilius Romanorum Rex. 37. 2.
Tyria ſiue Tyrus conſtructa. 25. 1.

V

Valens Imp. 81. 1.
Valẽtininianus Imp. 81. 1.
Valẽtinian. alter Imp. 83. 1.
Valerianus Imp. 73. 2.
Varro. 47. 2.
Veſpeſianus Imp. 59. 1.
Virgilius. 48. 1.
Virgines Veſtales. 37. 1.
Vitis in Gretia quando inuenta. 22. 1
Vlpianus Iuriſperitus. 71. 1
Voluſianus Imp. 73. 1
Vuãdali Galias aggrediuntur 84. 2.
Hiſpaniam occupant. 85. 2
In Africam tranſeunt. ibi.
In Africa deleti. 91. 1.

X

Xenophanes Tragediarũ inuentor. 40. 1.
Zeno Stoicus. 44. 2.
Zepherinus SS. teſtimonio Romæ Epiſcopus ordinatur. 72. 1.


FINIS.

# CHRONICON D. ISIDORI ARCHIEPISCOPI HISPALENSIS.

*Anni ab orbe C.*

BREVEM tẽporum ſeriẽ, per generationes & regna, primus ex noſtris [1] Iulius Africanus, ſub Imperatore Marco Aurelio Antonino ſimplici hiſtoriæ ſtylo elicuit: * Dehinc Euſebius, Cæſarienſis Epiſcopus, atque Sanctæ memoriæ, Hieronymus presbyter chronicorum canonũ multiplicem ediderũt hiſtoriam regnis ſimul, & temporibus ordinatã, poſt hos alij, atque alij: inter quos pręcipuè Victor [2] Tunnenſis Eccleſiæ Epiſcopus, recẽſitis prædictorũ hiſtorijs, geſta ſequentium ætatum, vſq; ad Conſulatum Iuſtini *Iunioris, expleuit. Horũ nos temporum ſummam, ab exordio mundi, vſque ad Auguſti [3] Heraclij, & * Siſebuti Gothorum Regis principatum, quanta potuimus breuitate, notauimus; adijcientes è latere deſcendentem lineam temporũ; cuius indicio sũma præteriti ſæculi cognoſcatur.

* Minoris explicuit.

*Deinde.

* & Siſebuti vel Suinthilani Hiſpaniæ Regum tẽpora compendioſa breuitate notauimus.

*Anni ab orbe C.*

## NOTÆ DOCTORIS Garcię de Loaiſa.

*IVlij Africani tẽporum ſcriptoris meminit, præter alios, Euſebius in chronico, ſub anno redẽpti orbis 224. & alibi: Auguſtinus aduerſus Fauſtum: Hieronymus catalogo ſcriptorum Eccleſiaſticorũ, & præfatione in Danielem. Suydas dictione* Ἀφρικανὸς *& dictione* κεστὸς, *Euſtachius in elegãtiſſimo opuſculo* τοῦ ἑξαημέρου, *quod apud me eſt, nuſquam hactenus editum, & omnium copioſiſſimè Photius in bibliotheca, quam de libris à ſe lectis concinnauit, qui auctor, quum & ipſe huc vſque, non ſine maximo publicæ vtilitatis diſpendio, in tenebris lateat, opere pretium arbitror eius verba apponere: ea ſunt numero 34. in hunc modum:* ἀνεγνώσθη ἀφρικανοῦ ἱστορικόν: οὗτος ἐστιν ὁ καὶ τοὺς λεγομένους κεστοὺς ἐν λόγοις συντάξας ιδ᾽ ἔστι δὲ σύντομος μὲν ἀλλὰ μηδὲν τῶν ἀναγκαίων ἱστορηθῆναι παραλιμπάνων, ἄρχεται δὲ ἀπὸ τῆς Μωσαϊκῆς κοσμογενείας, καὶ κάτεισι ἕως τῆς Χριστοῦ παρουσίας, ἐπιτροχάδην δὲ διαλαμβάνει καὶ τὰ ἀπὸ Χριστοῦ μέχρι τῆς μακρίνου τοῦ ῥωμαίων βασιλέως βασιλείας, ὅτε αὐτῷ ὡς φησὶ καὶ ἥδε συγγραφὴ συνετελεῖτο, ἐτῶν οὖσα ἐψηγτεύχη δὲ τοῦ βιβλίου πέντε, οὗτος καὶ πρὸς ὠριγένην γράφει περὶ τοῦ κατὰ σωσάνναν διηγήματος, ὡς οὐκ εἴη αὐτὸ ἐν τοῖς ἑβραϊκοῖς ἀνεγνωσμένον καὶ ὡς οὐδ᾽ ἀκόλουθον τῇ ἑβραϊκῇ ἐθυμολογία, οὔτε τὸ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι, οὔτε τὸ ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι ἃ καὶ ἐπιλυόμενος ὠριγένης ἀντέγραψε, γράφει δὲ Ἀφρικανὸς πρὸς ἀριστείδην ἐν οἷς ἱκανῶς τὴν νομιζομένην διαφωνίαν παρὰ ματθαίῳ, καὶ λουκᾷ περὶ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν γενεαλογίας σύμφωνον ἔδειξεν. *Legimus inquit Africani hiſtoricon. Hic ille eſt, qui etiam ceſtorũ (nam ita inſcribuntur) libros quatuordecim compoſuit. Et licet breuis admodum ſuccinctuſque ſit, nihil*

*tamen*

*perator obijt ſexto impe-rij ſui anno, ſexto menſe completo.*

100 *In alio m. ſ. Theudoricus, Auguſt. & Sigebertus; Theodoricus, ſimiliter Ado Viennenſis, Rodericus, Toletanus lib. 2. c. 8. Theudoricus.*

Leo maior, cum Leone minore regnat annis [101] XVI. Alexãdria, & Ægyptus ſynodũ Chalcedonenſem detrectans, errore Dioſcori hæretici lãguẽs, immundo repleta ſpiritu, canina rabie latrat. Per idem tempus apparuit hæreſis Acephalorum, Chalcedonenſe concilium impugnãtium, qui ideo [102] Acephali, ideſt ſine capite nominantur, quia, quis primus eã hęreſim introduxerit, non inuenitur: Cuius hæreſis peſte plurimi hactenus orientalium languent.

101 *Ita Nicephorus, Caſſiodorus, Paul. Diacon. Sigebertus, Palmerus, & alij. Beda cum Cedreno 17. Zonaras 18.*

102 *Nicephorus lib. 18. c. 45. Ducem huius hæreſis facit Seuerum Antiochenum, & ſubdit Acephalos ob eã cauſam ſic dictos, quod ſub Epiſcopis non eſſent.*

Zenon regnat annis [103] XVII. Ab iſto Acephalorum hęreſis defenditur, & decreta Chalcedonenſis *concilij abdicantur. Iſte [104] Zenon Leonem Auguſtum filium ſuũ interficere quærens, pro eo mater eius aliũ figura ſimilem obtulit, ipſumq; Leonem

occultè

*Anni ab orbe C.*

5670

5687

* Synodi.

Anni ab orbe C.

occultè clericũ fecit; qui in Clericatu vſq; ad Iuſtiniani tempora vixit. Per [105] idem tempus, corpus Barnabæ Apoſtoli, & euãgelium Matthæi, eius ſtylo ſcriptũ, ipſo reuelãte, repertum eſt.

[103] *Ita Nicepho. Caſſiod. Ado, & alij. In Sigeberti chronico ſcribitur. 19. annis regnaſſe, ſunt qui dicant ann. 17. menſ. 6. Conſule chronicon Mercatoris & Onuphrij faſtos. Cũ Iſidoro faciunt Græci noſtri annales* ἐβασίλευσε Ζένων αὔγουστος

5714 ἔτη ιζ.

[104] *Gotfridius in Pantheo, hiſtoricus non indiligens, Conradi III. à ſacris ſcrinijs præfectus chron. part. 16. verſibus id extulit:*

*Zeno pater patriæ regna paterna tenet.*
*Inclytus eius erat Leo filius, vnicus hæres,*
*Militia validus, prælia ſæpe gerens.*
*Ille necem quæſiſſe patris falſo reputatur.*
*Zeno pater, cui dicta patẽt, iubet, vt moriatur.*
*Mater ab oppoſitis obuiat arte ſatis, &c.*

[105] *Cedrenus eo, inquit, tẽpore reliquiæ B. Apoſtoli Barnabæ inuentę ſunt. In Cypro iacebat cadauer id, ſub arbore ceraſo, euangelium, quod S. Mattheus compoſuerat, in pectore gerens, manu Barnabæ ſcriptum.*

Anaſtaſius regnat annis [106] XXVII. Iſte Acephalorum errorem vindicans, Epiſcopos Chalcedonenſis ſynodi defenſores exilio damnat: euangelia quoque, tanquam ab idiotis euãgeliſtis cõ-

poſita,

poſita, reprehendit, atque emendat.* Eo tempore Fulgentius Epiſcopus in confeſſione Dei, & ſcientia * claruit. Traſemūdus Vvandalorum Rex, in Africa catholicas eccleſias claudit, & * CXX. Epiſcopos in Sardiniam mittit, cōtra catholicos ſæuit. Per idem tēpus apud Carthaginem Olympus quidā Arrianus, in balneis ſanctā Trinitatem blaſphemās, tribus * igneis iaculis, Angelo immittente, viſibilitèr eſt combuſtus. 107 Barbas quoq; quidam Arrianus epiſcopus, dum contra regulam fidei quendam baptizans dixiſſet: baptizat te Barbas, in nomine patris, per filium, in ſpiritu ſancto, ſtatim aqua fontis illius, quæ fuerat ad baptizandū deportata, nuſquam * apparuit. Quod aſpiciens qui baptizandus erat, cōfeſtim ad catholicam eccleſiam abijt, & iuxta morem euangelicæ fidei, baptiſmum Chriſti ſuſcepit.

106 *Sic ipſe in etymologijs, Tudenſis, & Ado. cum Paulo Diacono. Nicephorus vero, & Cedrenus menſ. 4. addunt: Zonaras 3. Euagrius lib. hiſt. 3. c. 44. imperij anno vigeſimo ſeptimo, mēſibus, & diebus 3. additis, exceſſiſſe tradit. Conſule Onuphrium. Codefredus anno imperij 28. fulmine ictum interiſſe ſcribit. Pomponius Lætus ponit ann. 24. menſ. 2. dies 29.*

107 *Legendū, contra om-*

*Anni ab orbe C.*

* Paulus. Diacon. lib. 15.

* comparuit.

* floruit.

* Paulus & Ado.

* ignitis.

Anni ab orbe C.

*nium exemplarium ſcripturam, hiſtoriæ veritate cogente, Barbam quoque quidam Arrianus Epiſcopus, dum contra regulam fidei baptizās, dixiſſet: baptizo te Barba, &c. Ex Paulo Diacono lib. 15. Ceterum, inquit Deuterius Epiſcopus Arrianorum Byzantij baptizans quendā virum Barbam nomine, cum contra regulam fidei, &c. & Cedreno.*

5723 Iuſtin⁹ maior regnat annis [108] IX. Iſte ſynodi Chalcedonenſis amator, Acephalorū hęreſim abdicat. Huius tēpore, poſt Traſemundum * Childericus, ex Valentiniani Imperatoris [109] * captiua filia genitus, in Vvandalis regnū ſuſcepit: qui ſacramēto à Traſemundo aſtrictus, ne catholicis in regno ſuo faueret, antequam regnum ſuſciperet, Epiſcopos ab exilio reuerti iuſſit, eiſq; proprias eccleſias reformare præcepit.

* Hildericus.

* Vide Ado. Paul. & Tudenſ.

*108 Sic Beda, Cedrenus, chronicon Græcum, Palmerius, & alij. Nicephorus 3. menſes adiungit. Zonaras 20. dies. Marcellinus Theodorus Lector, & Euagrius lib. 4. hiſtor. c. 9. ann. 9 dies 23. Sigebertus ann. 10. Paulus Diaconus 11.*

*109 Ex Eudoxia Valentiniani Principis filia, quæ Traſemundo nupſit, ex quo Childericum ſuſcepit.*

5762 Iuſtinian⁹ regnat annis [110] XXXIX. Iſte Acephalorum hæreſim ſuſcipiens, omnes in regno ſuo Epiſcopos [111] tria Chalcedonēſis concilij capitula

dam-

damnare compellit. In Alexandria *Theodoſiana, & Gaiana, hæreſes oriuntur. In Hiſpaniam, per Athanaildum Tyrannum, Romanus miles ingreditur. Beliſarius Patricius mirabilitèr de Perſis triũphauit. Qui deinde à Iuſtiniano in Africam miſſus, Vuãdalorum gentem deleuit. In Italia quoq; * Tottila Oſtrogotthorũ Rex, à [112] Narſe Romano Patricio ſuperatur. Per idem tempus corpus ſancti Antonij monachi diuina reuelatione repertum Alexãdriam perducitur, & in eccleſia. S. Ioãnis Baptiſtæ humatur.

110 *Conuenit Tudenſis, Ado, & ipſe in etymologijs. Sigebertus 38. tãtum habet annos: quibus Nicephorus dies 7. adiungit. Zonaras, & Cedrenus ann. 38. menſ. 7. dies 13. Paulus Diaconus 38. ann. menſ. & dies omittit lib. 16.*

111 *Iſidorus de viris illuſtribus in Iuſtiniano: De ſynodo Chalcedonẽſi tria capitula damnare contendit, id eſt Theodori numeros, Vaſtini Epiſcopi dicta, & reſcripta Theodoreti.*

112 *Narſes Eunuchus, Cubicularius Iuſtiniani, Exarchus Italiæ factus. Paulus lib. 16. & Ado.*

*Anni ab orbe C.*

5773 Iuſtinus minor regnat annis [113] XI. Hic ea, quę aduerſus Chalcedonenſem ſynodum fuerant edita, deſtruxit, & [114] Symbolum CL. Patrum, ſacrificij tempore, concinendũ populo præcepit. Armenij tunc primum

* A Theodoſio Alexandrino epiſcopo. Niceph. lib. 29. c. 18. De Gaiana hæreſi vide Niceph. libr. 13.c.5.

* Attila.

Anni ab orbe C.

fidē Chriſti ſuſcipiūt. Gepidæ extinguntur à Longobardis. Per idem tempus * Martinus, Bracarenſis epiſcopus, apud Gallecíā prudentia, & doctrina catholicæ fidei, clarus habetur. Narſes Patricius, poſtquam ſub Iuſtiniano Auguſto, Tottilam Gotthorum Regem in Italia ſuperauit, Sophiæ Auguſtę Iuſtini coniugis minis perterritus, Lōgobardos à Panonijs inuitauit, eoſq; in Italiam introduxit. Hac tempeſtate * Leuegildus Rex Gotthorum, quaſdā Hiſpaniæ regiones ſibi rebelles, in poteſtatem ſui regni, ſuperādo redegit.

5780

* De Martino Dunienſ. Iſidorus de viris illuſt.

* Leouegildus.

Tiberius regnat annis [115] VII. Longobardi, pulſis Romanis, Italiam adeunt; Gotthi, per Ermenegildum Leuegildi Regis filium, bifariè diuiſi, mutua cęde vaſtātur.

113 *Iuſtinus minor Sigeberto 12. annis imperauit. Nicephoro 12. ann. menſ. 2. dieb. 20. Zonaræ, & Cedreno ann. 13.*

114 *Tempore Iuſtini ſub Vigilio Papa congregatum eſt concilium Conſtantinopolitanū: verum non intelligitur, niſi de prima ſynodo Conſtantinopolitana 150. Patrū ſub Theodoſio ſeniore celebrata, in qua Symboli forma data eſt, quā tota Græcorum, & Latinorū prædicat confeſſio in eccleſijs. Vide de hac re Valafridiū, de rebus eccleſ. c. 22. & concil. Tolet. 4.*

115 *Conuenit Beda, Ado, & ipſe in etymologijs, Cedrenus, & annales Græci ann. 4. Zonaras ann. 4. menſ. 10. dies 8.*

Niceph.

*Anni ab orbe C.*

*Niceph.ann.5.Sigibert. & Tudenſ. ann. 6. De varietate annorum Tiberij, Contius in notis, ad Nicephori chronologiam, diſſerit.*

Mauricius regnat annis [116] XXI. Sueui à Leuegildo Rege obtenti Gotthis ſubijciuntur:* ijdem quoque Gotthi, Recaredo religioſiſſimo principe prouocante, ad fidem catholicā conuertuntur. * Abares aduerſus Romanos dimicantes auro, magis quam ferro pellūtur. (Ab Hunnis Thracia occupatur.) Hoc tempore [117] Leander Epiſcopus in Hiſpaniis ad gētis Gotthorum conuerſionem doctrina fidei & ſciētiarum claruit.

116 *Concordat Sigebertus, Ado, & Beda. Niceph.an.20.menſ.4.Cedren. ann. 20. menſ. 3. dieb. 2. Palmerius ann. 20. ſic Zonaras, & ipſe Niceph. eccleſ.hiſtor. ſimiliter Pōponius Lætus.*

5801 117 *Leandri vitam deſcribit. D. Iſidorus libello de viris illuſtribus.*

5809 Phocas regnat annis [118] VIII. Iſte ſeditione militari Imperator effectus, Mauriciū Auguſtum & multos nobilium interfecit. Huius tempore [119] Praſini, & Veneti per oriētem, & Ægyptum ciuile bellum faciunt, ac ſeſe mutua cæde proſternūt. Prælia quoque Perſarum grauiſſima aduerſus Remp. excitantur: à quibus Romani fortitèr debellati, prouincias plurimas, vſq; ad Eufratem fluuium, & ipſam, vt dicunt, Hieroſo-

* Conſtat id ex tertio cōcilio Tolet.

* Auares in Paul. Diacō.

() deſūt hæc in vno m. ſ. neque Ado, aut Tudēſis ea agnoſcis.

roſo-

Anni ab orbe C.

roſolymam amiſerũt.

118 *Sic Niceph. Zonaras, Cedrenus, Ado, Tudens. & alij. Onuphrius ann. 8. menſ. 4. dieb. 9.*

119 *Antiquis quatuor aurigantium, teſte Caſſiodoro, factiones à colore nominatæ fuére, Veneta, Praſina, Alba, roſea, quibus, vt ſcribit Suetonius, duas alias addidit Domitianus, alterã aurati, alterã purpurei panni. Igitur id genus hominum ſeditioſorum à coloribus nomina accepit. Xiphilinus in Caligula tradit huic Imperatori aurigam quendam, à colore veſtis viridis, Praſinum appellatum, maximè in delitijs fuiſſe.*

5814 Heracliꝰ dehinc quintum agit imperij annũ. Cuius initio Sclaui Græciã Romanis tulerunt. Perſæ Syriam, & Ægyptum, plurimasq; prouincias. In Hiſpania quoq; 120 Siſebutus Gotthorum Rex quaſdã eiuſdem Romanæ militiæ vrbes cepit, & Iudæos ſui regni ſubditos ad Chriſti fidẽ conuertit.

120 *Siſebutus Rex optimus, & religioſiſſimus fidei catholicæ propugnator, & cultor acerrimus, Gũdimari Regis ſucceſſor concilium quartũ Toletanum, quæ magna ſynodus appellatur, congregauit: vbi c. 5 5. dicitur tẽporib. religioſſimi Principis Siſebuti Iudæos ad fidẽ chriſtianam coactos fuiſſe. Ad hũc Iſido. librũ de natura rerum ſcripſit.*

Fiunt igitur ab exordio mundi, vſque in præſentẽ æra DCLIV. hoc eſt in anno quĩto Imperatoris Heraclij, & 121 quarto glorioſiſ. Prĩcipis Siſebuti, anni

quin-

quinqes mille, octingenti quatuordecim.

121 *In alio m.ſ. erat quinto: verũ malè cũ ex Iſido. ipſo in hiſtoria Gotthorũ cõſtet Siſebutũ Heraclij anno 2. ad publica gubernãda euectũ. Obſerua autem eſſe quoſdã, qui exiſtimant, Iſidorũ bis chronicon ſuũ edidiſſe, primò vſq; ad annũ quintũ Heraclij, & quintũ Siſebuti, nẽpe ad annũ mundi 5814. deinde vero additis ann. 13. vſq; ad 18. Heraclij, & 7. Suintilę; nẽpe ad annũ ab orbe cõdito 5827. In multis exemplarib. primã inuenio cõcluſionẽ huius chronici: In exẽplari autem Soriẽſi, quod omniũ antiquiß. eſt, duplex eius cõcluſio legitur, prior quidẽ, quã nos poſuimus, poſterior verò hoc modo: Heraclius dehinc 18. agit imperij annũ cuius initio Sclaui, &c. Fiũt igitur ab exordio mũdi, vſq; in præſentẽ ęram 665. hoc eſt in anno 18. imperij Heraclij, & 7. religioſi Principis Suintilani 5826. Reſiduũ ſęculi tẽpus, &c. vt ſup. Vaſæus lib. 1. annaliũ Hiſpanicorũ c. 4. affirmat ſe inueniſſe chronicon Iſid. vſq; ad 5. annũ Suintilani, qui fuit annus Domini 626. Eſt etiã apud me chronicon Iſidori m.ſ. diuerſam ab omnibus alijs cõcluſionẽ habens. Verũ de hac duarũ editionum opinione dicã quod ſentio: Exiſtimo chronicon hoc D. Iſid. ſemel dũtaxat ab eo euulgatũ fuiſſe, cum in prefatione dicat (vt in antiquiß. quibuſq; & emendatiſſimis exẽplarib. legitur) ſe ſcribere vſq; ad Siſebuti tẽpora, aliquot vero annis poſt, librũ etymologiarum ab eodem*

Anni ab orbe C.

Anni ab orbe C.

eodē fuiſſe conſcriptū in cuius lib. 6. c. 38. vſq; ad 5. (aliàs 7.) Suintilanis annum, & Heraclij 18. pgreditur. Nā illud certū eſt Iſidorū vltimò librū etymologiarum ad Braulionis Cæſaraugustani petitionē ſcripſiſſe, vt teſtatur D. Ileſonſus in additione virorū illius. Scripſit quoq; inquit, vltimo, ad petitionē Braulionis Cęſaraugustani epiſcopi, librū etymologiarū, quē cū multis annis conaretur perficere inexpleto opere diē extremū viſus eſt clauſiſſe. Idē affirmat Braulio ipſe in eius vita, aitq; opus hoc relictum fuiſſe titulis, nō libris diſtinctū, quod poſtea ab ipſo factū eſt. Puto itaq; concluſionem, quæ eſt in etymologijs, ab aliquo in chronicon trāſlatam, & vicißim chronici in etymologias: & in chronico legēdum vſq; ad 5. Siſebuti annū, in etymologijs vſq; ad 7. Suintilani. Hæc mihi occurrunt: qui ſecus ſentit non reijcio eius coniecturam.

Reſiduū ſęculi tēpus, humanæ inueſtigationi incertū eſt: omnem enim de hac re quæſtionē Dn̄s noſter Ieſus Chriſt⁹ abſtulit dicens: * nō eſt veſtrum ſcire tēpora, vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate. Et alibi: * De die autē, inquit, illa, & hora, nemo ſcit, neq; Angeli cælorū niſi pater ſolus. Vnuſquiſq; ergo de ſuo cogitet trāſitu: Sicut ſacra ſcriptura ait: * In omnib. operibus memorare nouiſſima. Quando enim vnuſquiſq; de ſæculo migrat, tunc illi conſummatio ſęculi eſt.

* Actuum. 1.

* Matth. 24.

* Ecclesiaſtici 7.

FINIS.